

## Franckesche Stiftungen zu Halle

### Programma Sacrum, Qvo Academiae Fridericianae Pro-Rector, Iustvs Henningivs Boehmervs, Ictvs, Consiliariivs Regivs Intimvs, Et Ivrvim Professor ...

**Böhmer, Justus Henning**

**[Halle], [1723?]**

**VD18 90810295**

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))


#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

[urn:nbn:de:hbz:5:1-63864-p0011-9](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-63864-p0011-9)









47  
PROGRAMMA SACRVM,  
QVO  
ACADEMIAE FRIDERICIANAE  
PRO-RECTOR,  
**IUSTVS HENNINGIVS  
BOEHMERVS,**  
ICTVS, CONSILIARIVS REGIVS INTIMVS, ET IVRIVM  
PROFESSOR ORDINARIVS,  
VNA CVM  
DIRECTORE, CANCELLARIO ET PROFESSORIBVS  
RELIQVIS,  
CIVES ACADEMICOS  
AD FERIAS RESVRRECTIONIS IESV CHRISTI  
SACRAS, RELIGIOSE CELEBRANDAS  
PERAMANTER COHORTATVR.



47

PROGRAMM SACHSEN

ALBERTUS LIBERICUS

PROFESSOR

HELVETIUS

BOEHMER

ICTUS CONSTITUTIO REGIAE IN AGRIS

PROFESSOR ORDINARIUS

VIA CVM

DIRECTOR CANCELLARIUS ET PROFESSORIBUS

RECTOR

GIVES AGRICOLA COS

ADVERSUS RECTORIS DESU CHRISTI

SACRAS RELIGIOSE CELEBRANDAS

EXAMINIS CONGRATULAT

ALBERTUS LIBERICUS

PROFESSOR

HELVETIUS

BOEHMER

ICTUS CONSTITUTIO REGIAE IN AGRIS

PROFESSOR ORDINARIUS

VIA CVM

DIRECTOR CANCELLARIUS ET PROFESSORIBUS

RECTOR

GIVES AGRICOLA COS

ADVERSUS RECTORIS DESU CHRISTI

SACRAS RELIGIOSE CELEBRANDAS

EXAMINIS CONGRATULAT





De cano. D. L. 1010.



Vauisfima ipfius Saluatoris a mortuis refuscitati vox eft in Evangelio: *quem quæris?* Io. XX, 15. Erat quidem illa ad Mariam Magdalenam, fanctiffimo Domini fui amore ac defiderio ardentem, directa; fed nobis illa dicta eft omnibus; nobis, qui DOMINVM nostrum, eiusque regnum ac regni thefaurum, iuftitiam, omni virium contentione quærere debemus; at, quæ ingens eft naturæ noſtræ corruptio, rebus, quarum ftudio nos ipfos quali amittimus, poſtponere ſolemus. Nobis hæc dicta vox eft: *quem, aut quid, quæritis?* Eum vero in finem nobis etiam illa adhuc perſonat, ut, qui ſcopus vitæ noſtræ, noſtrarumque actionum fit, ſolicita cura exploremus, certi, hac quæſtione de ſalute noſtra agi, eamque ideo intima reponendam eſſe mente. Triftis ſane gentium doctõris, Pauli, querela eſt in ea, quam ad chriſtianam Philippenſium ΥΕΟΦΥΤΩΝ eccleſiam ſcripſit, epiſtola c. II, 21. quando: *οἱ πάντες*, inquit, *τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, ὁ δὲ τὸ Χριστὸν ἰησοῦν;* *Omnes, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ IEſu Chriſti!* Hæc proh dolor! indoles eſt eorum omnium,

);( 2

quor-



quotquot sibi ipsis relictī in peccatis adhuc sunt mortui, nec mortis, nec resurrectionis Christi facti participes. Hominum a reuelatæ religionis sacris alienorum, quos ecclesia Christi deinceps paganos vocauit, communis sententia & vox erat, *secundum naturam viuere esse optime & secundum virtutem viuere*. Non enim aliud habebant, aut agnoscebant, status sui suarumque actionum principium, quam *naturam*, h. e. lumen & vires naturæ. Sed istud, etsi in suo genere est nobilissimum, & generi humano, ne obbrutescat, admodum necessarium; adeo tamen per labem primigeniam est debilitatum ac obscuratum, ut ne agnoscat quidem integre, & in omnibus recte; tantum abest, ut vires ad agnitionis praxin subministret, aut viam ad æternæ salutis finem commonstret.

Quid? quod ex illis etiam, quibus reuelationis & gratiæ lux affulsit, permulti secundum naturæ suæ ductum, obliquum istum, & pro affectuum vehementia, tortuosum, viuant, non *quæ Christi*, sed, *quæ sua sunt*, pro ambitionis typho, quam operosissime *querentes*. Immo haud pauci, ipso etiam rationis præscripto posthabito, iis dediti sunt ac penitus immergi, quæ sensus inhonestiori modo afficiunt, neque curant, quod a vita brutorum propius absint. Apud hos atque illos, ut resipiscant, permagni momenti quæstio est: *quem*, aut *quid*, *queritis*? Quærunt enim summum bonum: at in summo malo: in malo, quod specie sua sensibus blanditur, at in corruptionis fomite mortis escam incautis quam insidiosissime insinuat. Nec desunt, qui Christum quærunt in solo, eoque superficiali, cerimoniarum & cultus externi apparatu, a mente vitæque Christi adeo



adeo alieni, ut nihil magis abhorreant. Hi dictum sibi sciant istud angelorum, qui anastasiarum gaudiorum erant nuntii: *quid queritis viventem apud mortuos?* Luc. XXIV, 15.

Est vero adhuc aliud hominum genus, cum triplici isto, quod indicauimus, ita conveniens, ut pro corruptionis gradu non parum ab eo discrepet, cui fulminis instar hæc erat Christi interrogatio: *quem queritis?* Erat hæc furens hostium caterva, quæ, intamis per Christianum orbem nominis Iuda ductore, CHRISTVM, agnum DEI, captum ligatumque venerat. Hunc vero sibi obuium cum, summo leonis animo se compellantem, his audiret verbis: *quem queritis? Ego sum, (quem queritis) Iesus iste Nazareus!* illico attonita concidit, accepto documento, quæ futura fors sit eorum, qui salutis fontem ac auctorem, eiusque discipulos ac confessores, hostili animo quærunt. Quandoquidem vero non conveniebat almo crucis mysterio, ut Dominus vel fuga, vel exerto maiori potentiæ robore sibi consuleret, se improborum cohorti lubens constringendum permisit, ipsorum magistro, diabolo, caput contriturus, & humanum genus, infiniti pretii lytro exsoluto, gloriose redempturus. O miseros itaque ac ad insaniam usque stolidos, qui Christum hostiliter quærunt ac inveniunt! Etsi enim crux eius salutifera est; ex-cruciantes tamen uti sero, ita eo maiori cum emphasi, intelligunt, quanti periculi, quantique reatus atque exitii, res sit, aduersus stimulos calcitrasse.

Optimam vero prosphonematis huius: *quem queris?* applicationem nobis ostendit pia illa, cui istud resonuit, matrona, Maria Magdalena. Hæc enim



nim vti multiplici, eoque ineffabili, beneficio a CHRISTO obstricta erat; utpote eiusdem gratia a potestate septem dæmonum liberata, multisque charismatis exornata Marc. XVI, 9. Luc. VIII, 2. sic, pro sua in ipsum, imbecilliore quidem adhuc, at serena tamen sinceraque, fide, tenerrimo sancti amoris affectu honorandum tota propendebat, hoc animo IESVM quærens. Cum vero tam ardentem quæsitum non inuenisset, lacrymanti CHRISTVS se manifestat, significans, quam propinquus sit ipsum serio & sincere quærentibus. Immo ipsum etiam IESVM quærendi studium gratissimum est eius amatoribus; utpote spe inveniendi ipsos alens certissima. Iplis enim adhuc hodie personat suauissima illa angelorum acclamatio: *Ne extimescite! Queritis IESum Nazarenum cruci adfixum!* Marc. XVI, 6.

Quomodo autem IESVS quærendus sit, præter historiam resuscitati IESV Evangelicam, egregie nobis declarat ille, quem IESVS ne quæsitus quidem, immo hostili animo in membris suis impetitus, ut ouem deperditam inuenerat, ouiumque pastorem, & insignem pastorum antistitem ac rectorem, constituerat, h. e. PAVLVS Apostolus; & ita quidem, ut methodum viamque IESVM quærendi suo ipsius exemplo comprobata illustrataque nobis exhibuerit: *Currite, inquit, ut apprehendatis: - Ego ita curro, non ut in incertum: ita athletam ago, non sicut is, qui aerem ferit. x. r. l. 1. Cor. IX. 24.* Item: *Quæ lucro mihi erant, propter Christum pro damno reputavi - non ac si iam apprehenderim, aut iam consummatus sim. Persequor vero, ut apprehendam, quandoquidem a CHRISTO IESV apprehensus sum. - Unum ve-*



ro (est, quod maxime ago, h. e.) *is, quæ mihi a te ego sunt, per obliuionem relictis, ad illa, quæ ante me sunt, protensus ad scopum contendo, ad brabeum cælestis vocationis Dei in CHRISTO IESU*, Phil. III, 7. seqq. Absoluto autem quærendi studio & consummato cursui quid propositum fuerit Paulo, ipse pluribus cum gaudio refert 1. Tim. IV, 8. seqq.

Modus vero quærendi IESVM optimus quinam fit, non solum Paulus allegatis perhibet locis; sed uniuersæ etiam sacræ litteræ pro præcipuo habent argumento. Ipsa etiam suauissima resurrectionis CHRISTI historia, præter ea, quæ iam commemorata sunt, egregium quærentium Christi exemplar nobis exhibet in PETRO & IOANNE, discipulis DOMINI. Hi enim, nuntio de resurrectione CHRISTI accepto, inunctim decurrunt ad monumentum, quid rei sit, visuri. Et IOANNES quidem, pro concitatore suo erga IESVM affectu, ipsos pedes concitatus mouente, PETRVM superat, eoque post tergum relicto prior ad sepulcrum accedit; at hoc intrare non audet. PETRVS vero paulo serius adueniens monumentum ingredi non dubitat, ipsumque e vestigio sequitur IOANNES, sic de resurrectione DOMINI sui, quam certissime facta, ipsius *ἀποψίως* subsidio edocti. Egregiam sane imaginem hic habemus CHRISTVM quærentium, sincere quidem ac ardentem, at impari tamen studii & successus gradu; exoptatissimo autem euentu: ut alia, quæ hic latent, pro schediasmatis huius breuitate, iam prætereamus.

Quæ cum ita sint, CIVES OMNIVM ORDINVM florentissimi carissimique, vti per vitam omnem;



mnem; sic maxime in feriis hisce anastasiis, quid vestri sit officii, ipsi vel non moniti publice, facile intelligitis. IESVS CHRISTVS, viræ nostræ naturalis & spiritualis auctor, eiusdem etiam scopus est. Cui nisi vixerimus, in morte manebimus spirituali, quæ miserrima æternæ mortis tradux est. Non vivimus autem, nisi e spirituali morte eius virtute excitati vitæ donati fuerimus gratiæ. Et ad gratiæ vitæ non pervenimus, nisi, prævenienti eius impulsui obsecuti, peccatis & nobis ipsis moriamur, eamque, & sic IESVM ipsum, in ordine spiritualis resurrectionis sincere quæsiuerimus. Optimum vero IESVM quærendi inveniendique adiumentum nobis præbent sacra publica, feriis hisce memoriæ & applicationi resurrectionis DOMINI dicata. Quæ ut adeatis frequenter ac religiose, celebretis reuerenter ac pie, recolatisque & exerceatis uberius in sabbatismo priuato, est quod VOS spe bona quam amantissime rogamus accohortamur. P. P. ipsis feriis RESURRECTIONIS IESV CHRISTI, mense Martio exeunte  
a. M. DCC XXIII.

---

Typis Georgii Jacobi Lehmanni, Acad. Typogr.



